

allievo

classe

data

prova strutturata

(Virgilio *Eclogae* 1;4; Lucano *Pharsalia* 1.1-65 - testo noto – tempo 1 ora – non è consentito l'uso del vocabolario)
N.B. ogni gruppo di esercizi si riferisce alla porzione di testo contraddistinta dallo stesso numero

1

Tityre, tu patulae recubans sub tegmine fagi
 siluestrem tenui musam meditaris auena:
 nos patriae finis et dulcia linquimus arua.
 nos patriam fugimus: tu, Tityre, lentus in umbra
 formosam resonare doces Amaryllida siluas.
 O Meliboee, deus nobis haec otia fecit.
 namque erit ille mihi semper deus, illius aram
 saepe tener nostris ab ouilibus imbuet agnus.
 ille meas errare boues, ut cernis, et ipsum
ludere quae uellem calamo permisit agresti.
 Non equidem inuideo, miror magis; undique totis
 usque adeo turbatur agris. en, ipse capellas
 protenus aeger ago; hanc etiam uix, Tityre, duco.
 hic inter densas corylos modo namque gemellos,
 spem gregis, a, silice in nuda conixa reliquit.
 saepe malum hoc nobis, si mens non laeua fuisset,
 de caelo tactas memini praedicere quercus.

2

**hinc tibi quae semper uicino ab limite saepes
 Hyblaeis apibus florem depasta salicti
 saepe leui somnum suadebit inire susurro:**
 hinc alta sub rupe canet frondator ad auras;
 nec tamen interea raucae, tua cura, palumbes,
 nec gemere aera cessabit turtur ab ulmo.

3

Bella per Emathios plus quam ciuilia campos,
 iusque datum sceleri canimus, populumque potentem
 in sua uictrici **conuersum** uiscera dextra,
 cognatasque acies, et **rupto foedere** regni
certatum totis concussi uiribus orbis
 in commune nefas, infestisque obuia signis
 signa, pares aquilas et pila **minantia** pilis.
 Quis furor, o ciues, quae tanta licentia **ferri**
 gentibus **inuisis** Latium praebere cruorem!

4

*Quod si non aliam uenturo fata Neroni
 inuenere uiam magnoque aeterna parantur
 regna deis caelumque suo seruire Tonanti
 non nisi saeuorum potuit post bella gigantum,
 iam nihil, o superi, querimur, scelera ista nefasque
 hac mercede placent; diros Pharsalia campos
 impleat et Poeni saturantur sanguine manes;
 ultima funesta concurrant proelia Munda;
 his, Caesar, Perusina fames Mutinaeque labores
 accedant fatis et quas premit aspera classes
 Leucas et ardenti seruilia bella sub Aetna:
 multum Roma tamen debet ciuilibus armis,
 quod tibi res acta est. te, cum statione peracta
 astra petes serus, praelati regia caeli
 excipiet gaudente polo; seu sceptrata tenere,*

seu te flammigeros Phoebi conscendere currus,
 telluremque nihil mutato sole timentem
 igne uago lustrare iuuat, tibi numine ab omni
 cedetur, iurisque tui natura relinquet,
 quis deus esse uelis, ubi regnum ponere mundi.
 Sed neque in arctoo sedem tibi legeris orbe,
 nec polus aueris calidus qua uergitur austri,
 unde tuam uideas obliquo sidere Romam.
 Aetheris immensi partem si presseris unam,
 sentiet axis onus. librati pondera caeli
 orbe tene medio; pars aetheris illa sereni
 tota uacet, nullaeque obstant a Caesare nubes.
 Tum genus humanum positis sibi consulat armis,
 inque uicem gens omnis amet; pax missa per
 orbem

ferrea belligeri compescat limina lani.
Sed mihi iam numen, nec, si te pectore uates
accipio, Cirrhaea uelim secreta mouentem

sollicitare deum Bacchumque auertere Nysa:
tu satis ad uires Romana in carmina dandas.

1

1. servendoti soprattutto della "linea-guida" offerta dal lessico, sintetizza il "tema" (o se preferisci la $\delta\iota\acute{\alpha}\nu\omicron\iota\alpha$) di Tityro e di Moelibeo quale si palesa già in questi versi; delineane brevemente il successivo svolgimento e svolgi una considerazione essenziale sulla natura del dialogo fra i due
2. delle forme flesse sottolineate fornisci il paradigma, il traduce nel contesto e la spiegazione del costruito sintattico retto

2

1. rintraccia tutte le figure retoriche presenti nel breve passo
2. traduci la porzione del testo **in grassetto**
3. nonostante l'aggettivazione sia scarsa, il breve passo ha una notevole suggestione evocativa: come l' ha ottenuta il poeta?
4. a quale personaggio spetta questa battuta?
5. quali altri elementi del paesaggio lo stesso personaggio suscita all'immaginazione del lettore nel resto del carme?

3

1. traduci le parole **in grassetto**, eventualmente assieme a quella - o a quelle - del contesto importante ai fini di una corretta comprensione
2. rintraccia tutte le occorrenze della *traiectio*
3. attraverso quali artifici il poeta enfatizza la mostruosità della guerra civile? qual è a tuo avviso la parola-chiave che sintetizza il suo giudizio su quegli anni di Roma?

4

1. traduci la porzione in *corsivo*
2. costruisci una breve nota per ognuna delle parole sottolineate (morfosintassi, semantica, eventuali figure retoriche interessate)
3. quali elementi del lessico possono essere opportunamente accostati a temi presenti nella IV bucolica? Preleva i **lemmi** (NON le forme flesse) e danne il traduce.
 - a. traccia uno schema significativo dei *topoi* della poesia encomiastica che hai individuato

facoltativo

5

o mihi tum longae maneant pars ultima uitae,
spiritus et quantum sat erit tua dicere facta:
non me carminibus uincet nec Thracius Orpheus,
nec Linus, huic mater quamuis atque huic pater adsit,
Orphei Calliopea, Lino formosus Apollo.
Pan etiam, Arcadia mecum si iudice certet,
Pan etiam Arcadia dicat se iudice uictum.

5

1. spiega la sintassi delle forme sottolineate
2. nello stile singolare che l' o caratterizza, come presenta la propria poesia l'autore in questo breve passo? Collegalo opportunamente a altri passaggi significativi per illustrare la sua autocoscienza
3. cosa segue immediatamente nel testo